

Gratiarum Actionem pro omnibus beneficiis per totum Institutionis sua tempus fr  
bil largissime exhibitis. Partem enim favore insigne foti, partem munificè sustenta  
ti, parte liberaliter fuere cibati, quod grato animo agnoverunt, nec semel sed sem  
per prædicaturos sese testati sunt. Testes horum produco Viros magnos, nec suit am  
sum nominis Dn. D. BENIAMINEM LEVBERVM ICTUM Consiliar. Electoral.  
Saxon. & Fisci per superiorem Lusatiam Patronum, Dn. D. ANDREAM  
VVINCKLERVM Curiæ provincialis superioris Advocatum ordinarium,  
Dn. GOTTFRIDVM VOGELIVM Medicinae Doctorem, Dn. CASPAREM  
ZEIDLERVM Reipubl. Protonotarium & Senatorem, Dn. IOHANNEM MAR  
TINI Ecclesiæ Evangel. Diaconum, Dnn. Collegas meos, atq; alios Philosophia  
Magistros & Studiosos, qui Orationes hiasce die prædicto gratiosa suâ præsentia  
condecorarunt & benevolâ attentione prosecuti sunt. Proinde Ego eos post qua  
draginta & unum, qui hoc meæ docturae septennio ex nostrâ Scholâ immediatè  
ad Academias transferunt, ex nostrâ disciplinâ publicâ dimitto, idque in nomine  
SSanctæ & individua Trinitatis bono hoc om̄ine atq; votò sic facio, ut ius propitium  
DEVM & sanctos Angelos viales comprecer, quò studiorum suorum bene cœpro  
rum telam feliciter pertexant, ab omni Harpyiarum commilitio, Voluptatum fœde  
rum contubernio, & seductricum Sirenum illicio tuti, utilia olim atq; salutaria Rei  
publ. Christiana vasafiant atq; instrumenta; & propterea omnibus bonis literarum  
& literatorum Fancoribus atq; Patronis de meliori studia & conatus eorum com  
mendo: Teque, Lector Benevole, divina Misericordia, Pacisque suavitatis exopta  
tissimæ, Vale.

JOHANNES THEILL Naumburg. M.P.L.C.  
Sholæ Evangel. apud Budiss. Rector.